

A de ac si quis in iudicio causam innocentis & pauperis contra potentes aduersarios afferendam in se suscipiat, seq; dextræ innocentis coniungat. Simul addit, à quibus, & à quo discrimine se libera- uerit: A iudicantibus, inquit: id est, illis qui veluti iudicio de ipso stantiebant, & animam: id est, vitam i- pfius exitio & morti adiudicabant. Erant isti, Saul & illius satrapæ.

Admodum celebrabo Dominum.] Obserua hîc fiduciam Prophetæ, oratione ad Deum eò vsque pro- uectam & firmatam, vt tanquam certus de futura liberatione votum diuinæ laudis faciat, quòd ab exilio & omni discrimine liberatus in medio multorum reddat. Videmus hoc exemplo, quæ sit ef- ficacia per spiritum precationum, in cordibus electorum & afflictorum, ad confirmandum diuini auxilij fiduciam. Deinde & illud expendamus, quòd dicit: In medio multorum laudabo eum. Obseruan- dum est hîc studium Prophetæ, gloriam Dei in multorum cordibus propagandi. Nam hoc affectu cogitabat opem Domini Dei sui, erga se declaratam, in medio multorum deprædicare.

Quòd steterit à dextris egeni.] Obserua, quòd non dicit, A dextris meis: sed, dextris egeni. Innuit his ver- bis, id se de Deo prædicaturum, quòd egenos & afflictos non despiciat, sed causas eorum contra impios defendendas suscipiat. Sic composuit hæc verba Spiritus sanctus ad consolationem affli- ctorum & egenorum: ideoque maluit dicere, quòd steterit à dextris egeni, quàm à dextris meis: vel, à dex- tris Prophetæ, aut vnclî sui, aut iusti, &c.

Et serualet à iudicantibus animam eius.] Obseruemus hîc, quòd inimici Dauidis, quæ vitæ ipsius infi- diabantur, id est iudices & magistratus vocantur. Atqui illorum est, animam innocentis nõ damnare iudicio, sed iustificare & seruare: verum nemo mortalium sanguini innocentum magis insidiatur, quàm illi ipsi qui innocentes tueri ac defendere debebant. Iudices erant, qui Prophetas occiderunt: iudices erant, qui Christum cruci tradiderunt: iudices erant, qui Apostolos persecuti sunt, & regno Christi infensissimè restiterunt. Itaque nemini videatur insolens, si & hoc nostro se- culo pios & innocentes à iudicibus specie legitimi iudicij damnari & occidi viderit, siue sint illi spirituales, vt vocant, siue seculares iudices.

OB SER.

Verf. 30.

Inter orandiõ crescit fidu- cia diuini auxilij.

Studiõ pro- pagande gloriæ Dei.

OB SER.

Verf. vlt.

Consolatio e- genorum.

Iudices ple- runque op- pressores in- nocentium.

PSALMVS CX.

ARGVMENTVM.

B Pertinet hic Psalmus ad Christum, etiam ipsius Christi testimonio Matthæi 22. Canit autem Dauid spiritu prophetiæ percitus, de regno simul ac sacerdotio Christi, verbus quidem paucis, verum vaticinio omnium luculentissimo.

PSALMVS DAVIDIS.

DIXIT Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam, donec ponam ini- micos tuos scabellum pedum tuorum. VERS. I.

2. Sceptrum potentie tuæ emittet Dominus è Ziyon, dominare in me- dio inimicorum tuorum.

3. Populus tuus spontaneus, in die virtutis tuæ, in splendoribus sancti- tatis ex vtero, velut ex aurora, tibi ros iuuentutis tuæ.

4. Iurauit Dominus, nec pœnitebit eum: Tu es sacerdos in sempiternum, secundum ordinem Melchizedek.

5. Dominus ad dexteram tuam, percussit in die ira sua reges.

6. Iudicauit in gentibus, repleuit omnia cadaueribus, percussit caput terra Rabbah.

7. De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.

Sceptrum potentie tuæ.] Ebr. est מטה id est, Virga, vel baculus. Quoniam verò de virga regni loqui- tur, verti Sceptrum.

LECTIO.

Verf. 2.

Verf. 3.

Populus tuus spontaneus.] Versus iste obscurus est, ideoque & variè redditur. Ebr. est עמך זרבת. Græcus vertit, μετὰ σὸ ἄρχαῖ: id est, Tecum principatus. Hic sine punctis pro עמך: id est, Populus tuus, le- git, עמך: id est, Tecum: & pro זרבת: id est, Munificentiarum spontanearum, legit in singulari זרבת: id est, Principatus, vel liberalitas. Et Arabs legit, Erit, vel, Fiat tecum principatus, vel principium. Vulg. Lat. Tecum principium. Sequutus est ille interpretes Græcam vocem ἀρχή, quæ & principium significat, & principatû, Ebræa voce non inspecta. Chaldæus tamen legit עמך ביה ישראל: id est, Populus tuus, domus Israel, qui incumbunt legi. Hieron. sic: Populi tui spontanei erunt. Iustin. Populus tuus voluntarij. Felix: Populus tuus cum ob- lationibus. Camp. Populus tuus spontaneas offeret, & liberales oblationes tibi. Pagninus: Populus tuus sponte ve- niet. Tigurina: Habes promptissimum populum.

In die virtutis tuæ.] Ebr. ביום חילך. Alij reddunt: In die fortitudinis tuæ. Alij: In die exercitus tui. Chald. In die concertationis prælij tui. Tigurina: Quum educes tuas copias.

In splendoribus sanctitatis.] Ebr. בהורי קדש. Græc. ἐν τοῖς καμρόροις τῶν ἀγίων ὁ: id est, In splendoribus sanctorum tuorum. Vulgata Lat. In splendoribus sanctorum. Et Arabs pluraliter Sanctorum legit. Hieron. pro בהורי: id est, In splendoribus, legit בהורי: id est, In montibus: In montibus sanctis, inquit. Felix: In decoribus sanctitatis. Pagnin. In pulchritudinibus sanctitatis. Iustin. In decoribus sanctuarij. Felin. In vrbe, sancto splendore insigni. Tigurin. In summo decore & sanctitate. Camp. Et omnimodus ille decor, qui te comitabitur.

Ex vtero, velut ex aurora, tibi ros iuuentutis tuæ.] Ebr. מן שחר, vt sensus planior esset, verti מן שחר, quasi

HH quasi